

Deo contempneris, et te adhuc vivente alium dominum in tua sede videbis.“
Moxque sanctus Vitus disparuit. Hec autem intimata abbati predicto per egro-
tantem monachum negligens postea persensit. Nam eo adhuc vivente superposi-
tus est venerabilis abbas Bovo^h ¹²³, vir omni laude dignissimus. Hec in cronica
de quinque regibus¹²⁴.

Capitulum XXXV et ultimum¹²⁵. Demoniacus surdus et mutus curatur.

Vir quidam de Thuringia a demonio correptus, surdus et mutus effectus, cum
parentes eius et cognati venissent eum ducere ad monasterium Corbeyense,
sensui et saluti redditus, quantum possent patroni eiusdem loci apud Deum
experti sunt.

Explicit translacio beatissimi pueri et martiris Viti cum miraculis.

^h Boto W